

IOANNES ABBAS IN THIERHAPTE.



Ioannes Rumpffardus in Suevia natus, à puéris
operam literis dedit, & prima fundamenta felici-
ter posuit. Inde pietatis & studiorum amore apud
S. Vlricum Augustę Benedictinorum ordinem su-
scepit, atq; magna animi moderatio e ibi inter Con-
uentiales uixit. Interea Leonhardus abbas Thier-
hauptensis monasterij superioris Bauariæ, tribus ab
Augusta miliaribus, celeberrimi fato fungitur. Ibi
Iohannes omnium uotis electus eò uocatur, & 1533
Abbas ordine 31 constituitur. hanc functionem is-
suscepit, & summa cum laude per annos 14 admini-
strauit. Cum autem bellum Germanicū sub eo cœ-
ptum esset, atq; eius monasterium ab utracq; parte
direptum & uastatū fuisset, ipse 1547 officium suum resignauit, & sequentista-
tim anno mœrore animi cōsumptus obiit, cum tali Epitaphio in tēplo Thier-
hauptensi sepultus:

Ioannes Rumpfard, multo qui præfuit Abbas
Sudore in Thierhaupt, hac requiescit humo.
Quem si transieris Christi quandoq; fidelis,
Tu Christo precib; conciliato pijs.
Herman, Brusch, in Monast. Ger.